Thunberg, C.P.
1827

MUSEUM NATURALIUM
ACADEMIÆ UPSALIENSIS
AUCTUM



CUJUS PARTEM PRIMAM

VENIA EXP. FAC. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

C. P. THUNBERG

COMMENDATORE REG. ORD. DE WASA
MED. DOCT. PROF. MED. ET BOT. REG. ET ORD. REG. COLL. SANIT. MEMB. HON. ACAD. CÆSAR. PETROPOL. ET NAT. CURIOS. REG. SCIENT. UPS. LOND. HOLM. AGRIC. MED. ET EVANG. SOCIET. OECON. UPSAL. PATR. HOLM. ET. CIV. OECON. FINL. HONOR. WERMEL. JUNEC. WESTM. CALM. ET ÖREBR. BEROL. ET FRANCOF. ET LIPS. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. MOSCOU. ET HALENS. HIST. NAT. GORENK. PHILAD. LUND. HARLEM. AMSTELOD. BONNENS. OECON. ET INST. LITT. ZELAND. NIDROSIENS. TURICENS. IENENS. LINN. LONDIN. MEDICO-BOTAN. ET HORTI-CULTUR. REG. SCIENT. PHYS. ET PHYTOGRAPH. GÖTTINGENS. SCIENT. GOTHOB. MONACH. ERLANG. WETTER. NANCIENS. MARPURG. MED. PARIS. EMUL ET LINN. MONSPEL. MED. MATRITENS. MED. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. ET PETROP. MEDICO CHIR. ET PHARMAC. MEMBRO NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. ET INSTITUT. NATION MONSPELIENS. AGRICULT. PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.


P. P.

JAHANNES PETRUS WILSON
Sud. Ner.

IN AUDIT. BOTANICO DIE III MART. MDCCCXXVII.

H. A. M. S. 1827 (1787)

UPSALIÆ,
EXCUDEBANT PALMBLAD & C.


ex libris
Donald Mac Gillavry
CN de Wilde

WÅLBORNA

FRU CATH. MAGD. LINDSTEDT

FÖDD LILJESTRÅLE

Min Vördade Mormor

tacksamt helgadt

af

H. P. Wilson.

THESES.

Th. I.

Naturæ producta dichotomicam ſemper admittunt diviſionem, ſic vel Anorganica ſunt vel Organica, quorum organica vel Vegetabilia vel Animalia. Vegetabilia Acotyledonea (Cryptogama) et Cotyledonea (phanerogama) atque hæc Mono- vel Dicotyledonea &c. Mammalia vel Vertebrata vel non Vertebrata &c.

Th. II.

Dichotomia hæcce in unoquoque individuo etiam ſervata eſt, ubi ſic dicta polaritate optime exprimitur.

Th. III.

Inter animalia et plantas magna ſæpe adeſt analogia genitalibus et foetu inprimis expreſſa.

Th. IV.

Sic antheræ plantarum plerumque didymæ teſticulis animalium binis omnino reſpondent; ſic piſtillum cum genitalibus animalium femininis ſummam oſtendit ſimilitudinem; ſic placenta, funiculus umbilicalis et umbilicus plantis haud minus quam animalibus propria ſunt.

Th. V.

Motus, quem variæ oſtendunt plantæ vel animalium fere analogus, vel hygroſcopicus tantummodo eſt.

Exigua valde fuerunt prima Musei academici initia, quod deinde multum fuit auctum et novis incrementis ditatum.

1:o Academiæ Cancellarius Dom. Comes GYLLENBORG omnium primus, anno 1744, Amphibia 22, Spiritu Vini conservata donavit simul cum exiguo cornu Rhinocerotis.

2:o Secunda donatio fuit Principis tunc temporis Regii, ADOLPHI FRIDERICI, 1745, constans 8 Mammalibus, 43 Amphibiis, 16 Piscibus, 7 Insectis et 4 Vermibus.

3:o Tertia 1746 facta, a Consiliario PETRÆO, scilicet collectio Testaceorum, quæ primum in Museo Horti antiqui miserrimo, ab humiditate et fungis læsa, deinde spoliata fuit. Quot superfuerunt species minus læsæ, ad Museum in Norvegia Christianeum missæ fuerunt simul cum multis aliis duplicatis variarum rerum Naturalium.

4:o Quarta anno 1747 a Directore CLAUD. GRILL data fuit, scilicet 1 Mammale, 9 Amphibia, 1 Piscis et 1 Insectum.

5:o Quintam Academiæ obtulit Director LAGERSTRÖM, continentem 7 Aves, 9 Pisces, 2 Insecta, 8 Vermes.

6:o & 7:o Sextam et Septimam communem dederunt Lib. Baro AHLSTRÖMER et LINNÉ, nempe 12 Mammalia, 5 Aves, 30 Amphibia, 82 Pisces, 2 Insecta et 16 Vermes.

8:o Octavam, et quidem amplissimam, collectionem Academiæ consecravit Celeb. Præses, continentem o-

mnis clasſis et ordinis Animalia atque numeroſas ſpecies plantarum. Primam donationem obtulit anno 1785, cujus catalogus in Diſſertationibus, numero 2—22, ab anno 1787 ad annum 1797, datus fuit. Promiſerat vero Celeb. Vir, ut quidquid ulterius et poſtea acquirere posſet, priorem donationem augeret, cui promiſſo fidus ſatisfecit usque ad annum hujus ſeculi 1809. Auctuarii hujus, certe non exigui, nec parvi pretii, catalogus impresſus fuit in Disſertationibus numero 26 Appendicis, ab anno 1791 ad annum 1809 editis. Conſtant hæ donationes Mammalium ſpeciebus 138, Avium circiter 500, præter varietates et ſexus differentes; Avium, ova 76, Amphibiorum 85, Piſcium 182, Inſectorum 3273, Vermium 163, Coralliorum et Petrificatorum 60 et Plantarum ſpeciebus plurimis; præter varietates atque ſemina et fructuum ſpecimina. Collectio Conchyliorum in ædibus novi Horti, adhuc humidis nec calefactis et male inſtructis, idem ſubiit fatum ac Conchylia Petræana, ſcilicet mucore et corroſivis fungis læſa et non raro deſtructa fuerunt. Individua, quæ hoc invidiæ fatum evitare potuerunt ad Academiam Norvegicam, Rege Auguſtisſimo jubente, misſa fuerunt.

9:o Nonum, vere regium donum, Academiæ e Muſeo Drotningholmensi accesſit. Muſeum illud inſtituendum curaverat Regina LUDOVICA ULRICA. Promiſerat illud immortalis memoriæ Rex Clementisſimus GUSTAVUS tertius et gratioſisſime huc mittendum jusſit GUSTAVUS ADOLPHUS. Pretioſum hoc Naturalium Muſeum conſtitit ex Inſectis Coleopteris 104, Hemipteris 76, Lepidopteris 150, Neuropteris 2, Hymenopteris 21, Dipteris 2, Apteris 32; Teſtaceorum circiter 500 ſpeciebus, præter 17 Majora individua; Coralliis 23, Sceletis variis Animalium et Avium; partibus ſparſis Animalium, ac non nullis aliis Curioſis, lignorum varietatibus atque Herbariis HASSELQVISTII et KALMII.

10:o Decimum gratiosissime dedit Rex beatæ et immortalis memoriæ, CAROLUS decimus tertius, 1815, nimirum collectionem pretiosam Concharum et Cochlearum continentem species cognitas circiter 1600, et majora individua 27; præter incognitas et varietates.

11:o Undecimum donum, a Regina HEDV. ELISABETH CHARLOTTA, continuit Papiliones Brasilienses 15 et.

12:o Duodecimum debetur gratiæ Principis ac Academiæ Cancellarii Clementissimi JOSEPHI FRANCISCI OSCARIS, e Coleopteris et aliis Insectorum Ordinibus, numero 42 cognitorum, atque non nullorum incognitorum, e Brasiliæ regno omnium, simul cum Simia Maimon.

13:o Decima tertia donatio debetur liberalitati Dni Consulis WESTIN, qui e Brasilia Regi Augustissimo et Gloriosissimo CAROLO JOHANNI insignem collectionem mammalium, avium et insectorum missam sanctamque voluit. Pretiosa hæc collectio, quæ Regia summa gratia, studiosæ Lycæi Academici juventuti utilis semper futura, constat Mammalibus 22, Avibus cognitis 95, Amphibiis 3, Piscibus 9, Insectis 29; præter species adhuc inexaminatas.

14:o Decimam quartam donationem debemus benevolentiæ Secretarii Regii Dom. von Hauswolf, qui e Columbia in patriam suam reversus secum attulit et Academiæ obtulit collectionem pulcherrimam Americæ meridionalis Avium simul cum paucis Mammalibus, Amphibiis, Piscibus et Conchyliis.

15:o Maximo in Suecia Mammali terrestri, Cervo Alce femina, Museum Academicum ornare placuit Excellentissimo ac Generosissimo Comiti BRAHE.

16:o Postquam desiit Dom. Præses, ætate, laboribus et annis multum consumtus, acquisitionibus rerum natu-

ralium curam ulterius ſumtusque impendere, et anguſtas ſatis ante res domi adhuc anguſtiores reddere, cum ſine impenſis nihil acquiri posſit; incepit dignus Præſidis Nepos Demonſtrator Extraordinarius Dom. Doctor FORSBERG, ut de Academia bene mereretur, quousque fieri potuit, collectiones antea factas adaugere. Animalium collectio exigua quidem eſt; Herbarium minime contemnendum, nec ſine pretio æſtimandum erit. Mammalia ſunt 27, Aves 13, et Plantarum ſpecies plurimæ, rarisſimæ.

Ultimarum donationum, N:o 14, 15 et 16, cum huc usque Catalogus publici juris nullus factus ſit; mihi, pro exercitio disputaturo, liceat illum communicare, eo quoque voto ac ſpe, ut non omnino ſit inutilis hæc juvenilis opera mea.

MUSEUM NATUR. ACAD. UPSAL.

DONAT. PRIVATOR.

DONATIO 1820.

MAGN. FRIDER. BRAHE,

Viri Excellent. Comitis, Regis Regnique Senatoris, Acad. Cancellarii Vicarii &. &.

Cervus Alces. ♀

DONAT. 1823.

CAROL. HAUSWOLFF

Secret. Gubernat. Barthelem. &c.

Bradypus tridactylus. γ.
Ramphastos piscivorus.
viridis. ♂.
Trochilus minimus cum nido et ovis.
Plotus melanogaster.
Psittacus aracanga. β.
Ardea tigrina. β.
undulata.
Cancroma cochlearia. β.
Galbula paradisea. β.
viridis. γ. δ. ε.
Dendrocolaptes picus. ♂. β.
Pipra rupicola. ♂. β.
Penelope marail. β.
Palamedea cornuta. β.
Tanagra militaris. β.
Lacerta igvana. δ.
Chætodon arcuatus. β.
Scorpæna horrida.
Diodon hystrix. δ.
Ostracion bicaudatus.
Conus ebræus.
tulipa.
Mytilus lithophagus. α. β.
Tubipora penicillus.

Donat. 1823.

C. P. FORSBERG,

Med. Doct. in Horto Botan. et Mus. Demonstr. Extraord.

Simia albifrons. ♀. α. β.
rosalia.
Vespertilio auritus β.
barbastellus.
molossus. β.
perspiciellatus. β.
spasma.
speoris.
Felis lynx. ♀. ♂.
tigris.
Hyæna brunnea.
Arctomys marmota. β.
Marmota lemmus. β. *junior.* γ.
Canis familiaris ægyptius. 2.
Lepus brasiliensis.
variabilis. ε. *canus.*
Mus amphibius. ♂.
Sciurus æstuans. γ.
vulgaris. ε. ζ. η *macul.*
Didelphis leucophoea.
Mustela lutreola. β.
Cervus dama. ♀. *alba.*
capreolus. ♂.
- - - - - *junior.*
Corium Balænæ.
Columba domestica. γ. *saxat.*
Tringa fusca. junior.
pugnax. ♂. 17.
Turdus castaneus.
torquatus. γ.
Fringilla cannabina. morbosa.
Oriolus castaneus. α. β.
Tantalus leucocephalus.
Pavo cristatus. ♀. β *alba.*
Phasianus gallus. ♀. β. γ.
Strix Bubo. β.
nyctea. γ.
Pipra rupicola. ♀. β.
Tetrao tetrix. ♀. γ.

Chara pulchella.
Callitriche intermedia.
Salicornia herbacea. ♂.
Neottia diuretica.
Syringa vulgaris. monstr.
Ligustrum vulgare. β. γ. ♂. ε.
Veronica austriaca. ε.
elatior.
opaca.
Salix alnifolia. ♂. ♀.
ammanniana.
aquatica. ♂ α β γ ♀ α β γ
arenaria ♂. β. ♀. ε. ζ. η.
argentea. fol.
aurita. ♂. β. γ. ♀. β. γ.
australis. ♂. α. β. ♀. α. β.
capræa. ♀. β.
cinerascens. ♀.

Salix coriacea fol. ♀.
cotinifolia. ♀ β.
crassifolia. ♂. ♀.
dura. ♂. ♀.
firma fol. ♀.
frangula. ♂. ♀.
helix. ♀. β.
longifolia. fol. ♀.
malifolia. ♀.
mollis. ♂. ♀.
pectinata. ♀.
percisifolia. ♀. 1. 2.
pontederana. ♀.
populifolia. ♂. ♀.
præcox. ♂. ♀.
pyrifolia. ♂. ♀.
repens. ♀. β.
riparia. ♂. ♀. fol.
rivularis. ♂. ♀. fol.
rubra. fol.
rugulosa. fol. ♀.
russeliana fol.
sericea. ♂. ♀. α. β.
serpyllifolia. ♀. 1. 2.
schleicheriana. ♀.
spathulata. ♀.
sphacelata. ♂. ♀.
uliginosa. ♀.
velutina ♂. ♀.
villarsiana. ♂. ♀. fol.
Olax ceilanica. fol.
Phoenix Elate. 7. 8 9.
Iris biflora. ε.
Moræa convoluta. β.

Cucurbita pepo. δ. ε.
Restio tetragonus. γ.
Schoenus crinitus.
pendulus
rufus.
Kobresia scirpina. β.
Carex aquatilis. β.
Davaliana. β.
lagopodes β.
maritima. β.
ornithopoda. β.
pulla.
Scirpus æstivalis.
aggregatus.
ferrugineus. δ. ε.
maritimus. δ.
tenuis.
Cyperus arenarius. γ.
Monti. β.
polystachyos. γ. δ. ε ζ. η.
Crypsis alopecuroides.
Panicum echinatum.
Digitaria humifusa.
Alopecurns fulvus.
nigricans. α. β.
pratensis. γ.
Phleum michelii.
Hydrochloa capillaris.
Agropyrum dasyantum.
Agrostis arenaria.
arundinacea.
calamagrostis.
dura.
littoralis.

Agrostis repens.
straminea.
Koeleria glauca.
Poa bulbosa. ε.
eragrostis ε.
pratensis. β. γ. δ.
salina.
trivialis. γ.
Festuca capillaris
indica.
littoralis.
rigida.
valesiana.
Sesleria echinata. γ.
Calamagrostis arenaria. β,
arundinacea.
Arundo mauritanica.
phragmites. ε. ζ.
varia.
Ischæmum involutum. β.
Rottboellia compressa.
Aira atropurpurea.
Deschampsia bothnica. β.
media.
Bromus lanceolatus. β.
multiflorus. β.
racemosus. γ.
Elymus glaucus.
geniculatus.
racemosus.
Triticum prostratum. β.
tricoccum.
vaillantianum.
Brachypodium gracile. β. γ.
Brachypodium loliaceum.
longifolium.
Trichodia distichophylla. β.
filiformis.
Loeflingii. β.
Hordeum hexasticum.
norvegicum.
Secale cereale μ.
Koenigia islandica.. β.
Mollugo verticillata. δ.
Scabiosa africana. η.
laxiflora. β.
montana. β.
Dipsacus ferox. β.
Pollichia campestris γ.
Asperula crassifolia..
galioides.
odorata. β.
Valantia taurica.
Galium hercynicum. β.
paucifolium.
silvestre.
splendens. α. β.
suaveolens.
tyrolense. α. β.
Crucianella glomerata.
Ammannia caspica.
Rivina purpurascens.
Urtica cannabina. δ. β.
Cuscuta europea. β.
Betula incana. ε.
pubescens. β.
Myrica pensylvanica. fol.
Ruppia capillaris.

Ruppia occidentalis.
Budleja globoſa. β.
Heliotropium europæum. γ. δ.
proſtratum.
Pulmonaria maritima. β.
Symphytum aſperum. β.
Cerinthe aſpera. β.
Myoſotis lingulata.
Lithoſpermum diſpermum. β.
diſticum.
Anchuſa anguſtifolia. γ. δ.
picta.
Lycopſis ægyptiaca.
Echium vulgare. ε. ζ.
Tournefortia glabra. β.
lancea.
ſcabroſa.
Dodecatheon integrifolium.
Primula cuneifolia. β.
longiflora. β.
miſtasſinica. α. β.
Meſſerſmidia arguzia, γ.
Lyſimachia verticillata. ʒ.
Anagallis alternifolia.
Convolvulus lacerus.
Campanula aleutica.
cervicaria. γ.
empetricola.
Lobelia erinoides. β.
Coffea grandifolia. fol.
Lonicera kamtſchatica.
Datura arborea. γ. δ.
Ophioxylon achroſia.
Nicotiana quadrivalvis.
Solanum coccineum. β. γ.
javanicum. β
pinnatifidum
Capſicum coeruleſcens
Lycium barbarum. δ.
Cordia ſebeſtena. δ.
Varronia anguſtifolia. β.
Zizyphus volubilis. β.
Carpodetus ſeratus. β.
Morinda citrifolia. γ.
Rhamnus catharticus. γ.
Brunia reflexa.
Viola capillaris.
epipſila
perſicifolia. α. β.
Hedera helix. ζ.
Claytonia Laurentii.
Echites ſcandens. γ
Illecebrum achyrantha. γ.
paronychia.
pyrenæum.
Amaranthus triſtis.
deflexus.
Aſclepias amoena. γ.
capenſis. α. β.
fuſcata. γ. δ.
rubra.
ſesſilis.
Stapelia pauciflora.
Cynanchum acutum. β.
Govania cordata. fol.
domingenſis.
Chenopodium opulifolium. β.
patulum. β.

Chenopodium pedunculatum. γ.
rhombifolium.
ſinuatum.
Salsola clavifolia.
craſſa.
hyſſopifolia. ε.
proſtrata. ζ.
vermiculata. β.
verrucoſa. β.
Anabaſis cretacea. β.
Ulmus americana. fol. 2.
Gentiana algida.
glacialis. β.
glauca.
littoralis.
ramoſa.
ſaponaria. β.
tenera. α. β.
Swertia rotata. β.
Piſtacia narbonenſis.
Eryngium ciliatum. 2.
dentatum. 2.
planum. δ.
Bupleurum Bardili.
Caucalis grandiflora. δ.
orientalis,
Daucus carota. γ. δ
lucidus. 1. 2.
Heracleum ſibiricum. 5. 6.
Angelica lucida. β.
Laſerpitium hirſutum.
Liguſticum ſcoticum. β.
Oenanthe pimpinelloides. δ.
Pimpinella uigra. β.
Sambucus ebulus 2.
Fewillea heterophylla 1. 2
Rhus javanicum. fol.
Viburnum tinus. β.
Evolvulus ſerpens.
Statice caspica. β.
limonium. δ.
ſcoparia.
Linum auſtriacum.
flavum. β.
Zanthoxylon album. 2.
Tillandſia caneſcens. 2.
Pancratium fragrans.
Hæmanthus puniceus 4. fol.
Tulbaghia tuberoſa.
Lilium bulbiferum. δ.
Ornithogalum minus γ.
ſtenopetalum.
ſtriatum.
Anthericum incurvum. β.
narbonenſe.
ramoſum. 4.
Veltheimia glauca. γ.
Tulipa Geſneriana. 32. 33.
Aſparagus faſciculatus 2. 3.
micranthus.
officinalis. 3.
racemoſus. 1. 2.
Convallaria ſmilacina.
Muſa coccinea fol.
Bambus arundinacea. 5. 6